Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Patauia preclara. diueſq; olim ciuitas. inter danubiũ. Enũcq; ſita. quam priſci ceſares eccleſie tradiderunt. vernacula lingua paſſaw appellata. Danubius ex montibus ſueuie venit. ynus ex alpibus. q̃ germaniam ab ytalia diſterminant. atq; in loco mixtus danubio nomen ammittit. Urbs ipa in longũ tenditur. nec magno negocio formã inſule ſuſciperet. Si quis ab eno. foueam in danubium duceret. Nec yni quingenti paſſus ſunt ex vna. in alteram aquam. Super yno pons eſt ligneus. qui ſexdecim habet arcus ꝛ ciuitatis partem que transflumen eſt ciuitati maiori coniũgit. Eſt ꝛ alius pons ſuper danubiũ. per quez via eſt ad montes qui bohemiam reſpiciũt. Poſt hos montes fluuius alius niger admodum perlabitur. qui ex boemia veniens oppidulum iudeoꝝ. Et terciã patauie partem diuidens ſub caſtro preſulis danubio. quaſi ex oppoſito yno ſe immiſcet. Itaq; tria flumina vno in loco coniũgũtur. ac propterea locum iſtũ quidam verbo ytalico paſſum hoc eſt tranſitum vocitant. Nam ꝛ per hunc locum merces ytalie in bohemiam ferebantur. Et ſuperiores theutonici auſtriam vel hungariam petebant. ſicut ꝛ hodie fieri videm⁹. In medio vrbis templum eſt diui ſtephani primi martyris huius epiſcopatus patroni. egregie ceptum. ſʒ nondum perfectum. Chorus hic admodum pulcer edificatur. apud hoc templum edes epiſcopi ſunt ad eã partem que reſpicit ynum. tum capaciſſime. tum ſplendidiſſime. Transdanubiuz due quoq; ſunt arces epiſcopi altera in ſummo montis cacumine. altera in radicibus apud aquas vbi danubius ꝛ niger bohemie fluui⁹ (q̃ etiã fert vniones) ɔiũgũt. Eſt ad ſublimiorẽ arcẽ grãdis aſceſus atq; difficilis. q̃ tãtũ ex vno ãgulo pt oppugnari. Sʒ tot ibi mũitiones addite ſunt tã muroꝝ uʒ q; foueaꝝ vt expugñri poſſe nulla vi hoĩm videat. Ibi ꝛ aule ſunt ꝛ camere ſplẽdidiſſime. q̃s q̃ viderit. nec ornaci⁹ aliq̃d. nec mũici⁹ vſq; eẽ putauerit. at vbi deſcẽderis ĩ arcẽ q̃ ĩfra iacet ornatũ maiorẽ videbis. teſtudinatas cameras. ꝛ aulas q; pleſ: ſunt

eñ theutonici mirabiles mathematici. oĩes quoq; gentes in architectura ſuperant. Ornaturq; hec ciuitas inſignis putauia corporibus ſancti valentini. qd taxilo dux baioarie ad eũ locũ deduxit. Et ſancti maximiliani archiepĩ laureacenſis. p.s. Rupertũ ex laureata in patauiaz tranſlatũ. Fuit eñ laureata vrbs admodũ inſignis in ampla campoꝝ planicie. Et ſup flumẽ qd anaſum vocant. a quo nũc vrbs nomẽ anaſum habet. Ubi olim eccleſia metropolitica floruit. laureacenſis dicta. beatuſq; maximilianus (vt premiſſuz ẽ) archiepiſcopatum rexit. Et inde martyrio coronatus fuit. Sed poſtq; athila rex humoꝝ. vrbem hanc deleuit vbi arx erat. opidũ ex nomine fluminis reſtrictum eſt. Sedes vͦo metropolitica in Saltzburgã trãſlata

Hugo de. s. victore

Hugo de ſancto victore natione gallus. ex caſtro ſancti victoris canonicus (vt multi affirmant) regularis ꝛ pariſienſiuz clariſſimus doctor. Circa annos domini mille centum floruit. Singularis in vite probitate ꝛ ſentẽtia eruditus in omnibus artibus liberalibus. vt nullus ei ſuo tempore equalis haberet ideo in multo precio fuit. Qui preter ſanctitatem de q̃ mira legũtur. tum docendo. tum ſcribendo multis admodum prefuit. Et poſt plura reliquit monumenta. De ſacramentis valde neceſſariũ librũ. ꝛ alia opuſcula. ſ. didaſcolicon. de diſciplina monachoꝝ ſpeculum ꝛc̃. Sermones quoq; elegantes cõpoſuit. Infirmatus ad mortem cum vicio ſtomachi ob vomitũ laboraret ne ſacramento irreuerentiam faceret: ait. Aſcendat filius ad patrem ſuum. ꝛ ſeruus ad dñm ſuum qui fecit illum. Et euchariſtia diſparuit. Et vir ſanctus deo ſuo ſpiritum reddidit.

Hugo de folieto

Hugo alter de folieto q̃ ſcti petri corbiẽſis aſſerit fuiſſe canonic⁹ ſingl'aris eloq̃ntie vir q̃ libꝝ de clauſtro aĩe admodũ notabilẽ edidit. in q̃ de ſecuritate clauſtri. ꝛ periculis ſeculi. Et de ordinatione clauſtri materialis. de abuſionibus clauſtri. Et de clauſtro celeſti varia narrat laude digna.